



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 77. Batavi in Hispaniam irrumpentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

apparatu instructa, ac crebris, iisque ^{Sæcul.XVI.}
 cruentis velitationibus defensa, quæ jam A.C.1509.
 ingentem fœderatis perniciem allatura
 credebatur, eisdem anno sequenti in ma-
 ximum commodum ab Hispanis vili pre-
 tio divendita cessit.

§. LXXVII.

*Batavi in Hispaniam irrum-
 pentes.*

Dum interea variante Martis fortuna *Harræusl.c.*
 Bommeliæ dimicatur, Holandi, *fol. 558.*

eorumque Socii ductore Petro Dusa cum
 valida septuaginta navium classe die vi-
 gesima quinta Maji factis velis Hispan-
 nam, insulasque adjacentes infestare
 aggrediuntur, & die decima quinta Ju-
 nii Coronnam Gallitiæ portum delati,
 cum hanc oram valido præsidio muni-
 tam intelligerent, suorum cladem veri-
 ti iter ad promontorium sancti Vincentii
 dirigunt, & Lanceroltam, Forteventu-
 ram, aliasque Insulas prætervecti tan-
 dem die vigesima sexta ejusdem mensis
 Canariæ in terram descendunt, ubi post
 cruentam æque, ac pertinacem pu-
 gnâ ad biduum protractam auffugien-
 tibus incolis urbe, & arce potiti, nec-
 non die quarta Julii arce, oppidoque in-
 censo ad naves præda onustas reversi
 sunt: inde vero Gomeram Insulam in-
 vadunt, ex qua tamen utpote incolis,

F f 4 rebus-

Sæcul. XVI.
A.C. 1599.
rebusque pene vacua ad Insulam sancti Thomæ descenderunt, expugnatoque Pavoasa oppido, captoque Francisco Menesio hujus Insulæ Præfecto amplissimam prædam congefferunt, non tamen sine magno suorum dispendio; cum enim hæc gens ardentissimis hujus regionis caloribus ferendis impar esset, ipse Petro Dusa, cunctisque centurionibus ac ferme omnibus militibus tabe consumptis nonnisi paucissimi mense Februario anni sequentis in patriam velut castigatæ temeritatis testes revertuntur.

§. LXXVIII.

Vesalienses denuo hæresin palam profitentes.

Gallus. de bello Belg. l. 12.
Campana l. 7.
Grotius l. 8.
Cum Germaniæ Principes, quorum non pauci hæresis veneno infecti erant, Vestphaliam ab Hispanis occupatæ ægerrime ferrent, Fœderati Protestantibus hac opportunitate usi eosdem tam libenter, quam Legationibus sollicitabant, ut novum cum eis fœdus adversus Cæsares, Hispanosque inirent. Ergo hi ad initium mensis Augusti ductore Simone Lippa Comite exercitum pedum ferme viginti quinque millium, Equitumque quatuor ad Rheni ripam contrahunt majoribus sane impensis, quam expeditionis felicitate; quippe post irritam